Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

adest messis. Et dicebat.
Cui assimilabimus regnum
dei: aut cui parabole assi
milabimus illud. Sicut grānum
synapis, quod cum seminatum
fuerit in terra, minus est omni-
bus seminibus quæ sunt in terra. et
cum seminatum fuerit ascen
dit et fit maius omnibus
oleribus et facit ramos
magnos: ita ut possint
sub umbra eius aves celi
habitare. Et talibus multis
parabolis loquebatur eis ver
bum prout poterant audi
re. Sine parabola autem no
loquebatur eis. Seorsum autem
discipulis suis disserebat
omnia. Dominica xxiij.

Dicit dns ego cogito co
gitationes pacis et non
afflictionis invocabitis
me et ego exaudiam vos et re
ducam captivitatem vestram de cun
ctis locis. Ps. Benedixisti dne terram
tuam avertisti captivitatem iacob.

Exercita quesumus dne tuos or
nium fidelium voluntates
ut divinum opus fructum
pietatis tue in vita maiora
percipiant. P. Ad philippenses.

Fratres. Imitatores mei
estote et observate
eos qui ita ambulant sic
habetis formam nostram. Multi enim
ambulant quos sepe dicebam vobis. nunc
autem et flens dico inimi
cos crucis xpi. quorum finis
interitus. quorum deus ventor est. et gloria in confusione
ipsorum. qui terrena sapiunt.
Nostra autem conversatio in celis est.
Unde etiam salvatorem exspectamus dnm nrm ihm
xpm. qui reformabit corpus humilitatis nre configu
ratum corpori claritatis
sue secundum operationem qua
posset etiam subicere sibi om
nia ihus xpus dns nr. Gradualis.

Liberasti nos dne ex affligenti
bus nos et eos qui nos odierunt con
fudisti. V. In deo laudabimur tota
die et nomini tuo confitebimur in secla.
Alla. V. Qui sanat contritos
corde et alligat contriciones eorum.

Illo tempore abeuntes S. matth.
pharisei consilium inierunt ut
capiant ihm in sermone. Et
mittunt ei discipulos suos cum herodianis dicen
tes. Magister scimus quia verax
es et viam dei in veritate do
ces: et non est tibi cura
de aliquo. non enim respicis
personam hominum. Dic ergo
nobis: quid tibi videtur.
Licet censum dare cesari an
non: Cognita autem ihus ne
quitia eorum ait. Quid me
tentatis ypocrite.
Ostendite mihi numis
ma census. At illi obtule
runt ei denarium. Et ait il
lis ihus. Cuius est ymago
hec et superscriptio: Dicunt

ei. Cesaris.